

2. KONGREGACJA DS. WYCHOWANIA KATOLICKIEGO

Dekret zatwierdzający Ratio formationis diaconów stałych

N. 125/2004/3

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

DECRETUM

Congregatio de Institutione Catholica, ratione habita augescentis numeri diaconorum permanentium apud plurimas nationes praesentium, elaborandam censuit *Ratio-nem fundamentalem institutionis diaconorum permanentium*, ut maiori unitati eorum formationis maiorique efficaciae pastoralis eorum ministerii coram tertio millennio christiani provocationibus caveretur. Hoc documentum non solum quaedam principia directionis de formatione diaconorum permanentium vult offerre, sed etiam aliquas directorias normas unitarias, quae ab Episcoporum Conferentiis ob oculos haberi debeant in elaboratione suarum *Rationum* nationalium ad normam can. 236 CIC.

Pari ratione quod Concilium Vaticanum II de *Rationibus institutionis sacerdotalis* statuit, haec quoque *Ratio fundamentalis* exigit ab Episcoporum Conferentiis, quae diaconatum permanentem instauraverunt, ut proprias *Rationes* nationales recognitioni atque approbationi Sanctae Sedis submittant.

Conferentia Episcoporum Poloniae, obtemperando illi praecepto, necessitates definitas specificasque condiciones suarum Ecclesiarum particularium prae oculis habens, hanc compositionem *Rationis institutionis diaconorum permanentium* eidem Congregationi ad obtinendam praescriptam approbationem supposuit. Haec *Ratio* doctrinae Concilii Vaticani II vigentique legislationi canonicae plene congruit, itinerarium offert completum aptaque praestat ad educandum instrumenta, quae ad formandas diaconorum maturas completasque personalitates sub respectu humano, spirituali, intellectuali ac pastoralis requiruntur. Inde candidati ita parati vitam vere evangelicam agere poterunt debitoque modo officia propria recepturi Ordinis complere.

Quibus omnibus rite consideratis et perpensis, haec Congregatio de Institutione Catholica (de Seminariis atque Studiorum Institutis), libenter praesentem *Ratio-nem institutionis diaconorum permanentium*, cui titulus *Wytyczne dotyczące formacji, życia i posługi diaconów stałych w Polsce*, ad normam n. 15 *Rationis fundamentalis institutionis diaconorum permanentium*, **ad sexennium** approbat, necnon ab iis ad quos pertinet fideliter observari iubet; servatis ceteris de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex Aedibus Congregationis de Institutione Catholica, die XXII mensis Ianuarii, in memoria sancti Vincentii, diaconi et martyris, A.D. MMIV.

Zenon Card. Grocholewski
Praefectus

+ Michael Miller OSB
a Secretis

N. 125/2004/3

KONGREGACJA DS. WYCHOWANIA KATOLICKIEGO
(DS. SEMINARIÓW I INSTYTUCJI NAUKOWYCH)**DEKRET**

Kongregacja ds. Wychowania Katolickiego, świadoma wzrastającej liczby diakonów stałych obecnych w bardzo wielu krajach, postanowiła opracować *Ratio fundamentalis institutionis diaconorum permanentium*, aby zapewnić większą jednolitość ich formacji oraz większą skuteczność ich duszpasterskiej posługi w obliczu wyzwań trzeciego tysiąclecia chrześcijaństwa. Dokument ten chce nie tylko podać podstawowe wskazania na temat formacji diakonów stałych, ale również pewne ujednoczone wytyczne normatywne, jakie powinny być uwzględnione przez konferencje biskupów przy opracowywaniu *Ratio* w ich własnych krajach, zgodnie z przepisem kan. 236 *Kodeksu prawa kanonicznego*.

Dokładnie tak, jak Sobór Watykański II postanowił w odniesieniu do *Ratio institutionis sacerdotalis*, również ta *Ratio fundamentalis* wymaga od konferencji biskupów, które wprowadziły diakonat stały, aby przesłały *Ratio* ze swoich krajów w celu przejrzenia i zatwierdzenia ich przez Stolicę Świętą.

Konferencja Episkopatu Polski, okazując posłuszeństwo temu nakazowi i uwzględniając określone potrzeby oraz specyficzne warunki swoich Kościołów partykularnych, przedłożyła Kongregacji tenże tekst *Ratio institutionis diaconorum permanentium* w celu otrzymania przepisanej prawem aprobaty. Owa *Ratio* zgadza się w pełni z nauką Soboru Watykańskiego II i obowiązującym prawodawstwem kanonicznym, ukazuje pełną drogę formacji oraz gwarantuje odpowiednie środki kształcenia, które są wymagane do uformowania pod względem ludzkim, duchowym, intelektualnym i pastoralnym dojrzałych i integralnych osobowości diakonów. Stąd tak przygotowani kandydaci będą mogli prowadzić życie prawdziwie ewangeliczne oraz w należyty sposób wypełniać obowiązki właściwe dla święceń, które zamierzają przyjąć.

Po należytych rozważeniach i uwzględnieniu tego wszystkiego Kongregacja ds. Wychowania Katolickiego (ds. Seminariów i Instytucji Naukowych) zatwierdza chętnie **na okres sześcioletni** obecną *Ratio institutionis diaconorum permanentium*, zatytułowaną *Wytyczne dotyczące formacji, życia i posługi diakonów stałych w Polsce*, zgodnie z normą nr 15 *Rationis fundamentalis institutionis diaconorum permanentium* oraz nakazuje, by była wiernie zachowywana przez tych, których dotyczy; przy zachowaniu innych przepisów prawa, bez względu na jakiegokolwiek przeciwnie rozporządzenia.

W Rzymie, w siedzibie Kongregacji ds. Wychowania Katolickiego, dnia 22 miesiąca stycznia, we wspomnienie św. Wincentego, diakona i męczennika, roku Pańskiego 2004.

Zenon kard. Grocholewski
Prefekt

+ Michael Miller OSB
Sekretarz

(Tłum. ks. Zbigniew Wójtowicz)